



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 107. Achilles Gagliardus & Joannes Hajus e Societate mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.

A. C. 1607.

§. CVII.

*Achiles Gagliardus, & Joannes Hejus, e Societate mortui.**Alegamb.**Bibl. Script.**Soc. Hist.**Congr. l. 2.**cap. II.**Papadop.**hist. Gymn.**Patav. t. 2.*

Præter minoris nominis Scriptores Societate, quales sunt Joannes zorius, Bravus, Goes, Ruggerius, Pennellus &c. aut gestis aut scriptis celebrius nomen sibi compararunt Achilles Gagliardus, & Joannes Haius, quorum primus ex nobili æque ac prædite familia Patavii natus in variis Collegiis Philosophicas ac Theologicas doctrinas explicabat, atque ætate proVectior totum se piis charitatis operibus erga proximum dederat: Erat quidem minus eruditus, in rebus tamen generalis dexterrimus, quocirca ipsius Superiores illum Romam decernebant, ut fervente celebri controversia circa gratiæ auxilia oblati in eundem concordie legibus, Societatis honorem a discrimine eriperet, cum autem ejus contumaci minus prospero arrideret successu, re infecta Mutinam rediit, ubi memorie, visus, & motricis virtutis usu destitutus, ac postremo apoplexia tactus die septima Julii septuagenarius animam exhallabat. Edidit hortante Sancto Carolo Borromæo *Catechismum, Compendium Christianæ Perfectionis, & librum*

de interiori doctrina. Alter erat Joan-
 nes Haius natione Scotus, Vir inde-
 fessi supra vires laboris in hæreticis con-
 futandis, qui etiam in Germania Ar-
 gentorati cum Pappo & Joanne Stur-
 mio Sectariorum Antesignanis accerri-
 me disputabat: obiit autem Mussiponti
 die vigesima prima Maji, sexagenario
 major. Extant ejus *interrogationes ad*
Sectarios Prædicantes, unacum eorum
Apologia, *Antimonium ad responsa Bezeæ*,
Disputationes contra Ministrum Anonymum
Nemausensem, & *Scholia Brevia in Bi-*
bliothecam Sanctam Sixti Senensis.

Sæc. XVII.
 A. C. 1607.

§. CVIII.

S. Mariæ Magdalensæ de Pazzis Car-
melitanæ obitus.

Beato fine miseram hanc vitam hoc an-
 no die vigesima quinta Maji finivit
 Maria Magdalena de Pazzis Florentiæ
 anno Salutis nostræ millesimo quingen-
 tesimo sexagesimo sexto ex illustrissimis
 Parentibus nata, quæ decimo septimo
 ætatis suæ anno in Monasterio Sanctæ
 Mariæ de Angelis Ordinis Carmelita-
 rum sese Deo solemniter votorum sponsio-
 ne consecrans, totam vitam suam in jugi
 cælestium contemplatione, omniumque
 virtutum exercitiis transigebat, cujus
 vitæ Sanctitatem non modo cadaveris
 S 5 sui

Vincent.
Pucc. vita
S. Mag. X.
Lud. Jacob.
Bibl. Carmel.